



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Adde de propria auctoritate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

pisc. à sententia canonis, vide laté per Sicul. *in cap. significisti de foro compere. Fe. de se consilio 14 doct. in clem. cum ex eo de jen. excom.*

Unde in principali punto Fran. hic concludit quod præmissis non obstan. in defectu justitiæ servanda foret opinio Guilher. Finge enim difficultem & periculosem esse accessum ad Papam, ut de facto fuit tempore regis Ludovici II, nuper defuncti, & tales exempti opprimunt Clerum in denegando quartam, vel quid simile tunc enim licet dicere sibi jus etiam autoritate propria per id quod not. *in cap. olim 2. de restitu. spoli.*

ADDE de propria auctoritate.

Sic ubicunque officiales sunt negligences in iustitia administranda, ibi licet etiam bona furtrè diripiendo, sibi jus dicere, famulo, & cuilibet alijs. Cacheranus decis. 68 num. finali. & ibi in sequenti consilio Nicolai Balbi num. 41 quod reprehendit Menochius præsumptio 80 lib. I. præsumptionum. num. 3. properea ad hoc ut id licet 4. requiruntur. I. quod quis non possit per judicem suum debitum consequi vel repetere. 2. quod non fiat cum injuria primi apud quem illa res est. 3. Si non interveniat periculum magna alicujus laesioris 4. quod non interveniat perjurium, ita Rebuffus de famulorum salariis glos. 10 nu 10 ex Clavasio in sum Angelicaverbo Furcum §. ultimo, Matthæus Boyß Doctor.

Videtur tamen aliter voluisse Sicul. *in cap. de foro compere.*

DE OFFIC. ORDI. 179

compe. II. colum. dum dicit quod in majoribus criminibus ubi timent de fuga, possit Ordinarius exemptos delinquentes carceri mancipare & ad superiorem remittere argum. opt. in authent. defen. civit. §. audient. col. 3. ubi defensor civitatis qui non judicat de majoribus criminibus, potest pro talibus criminibus capere & ad superiorem remittere. fa. quæ dicta sunt supra in 2. q. principali. Et secundum Fran. hic est alius modus, ut Episcopi sibi subtrahant subsidia revocando casus Episcopales, quos aliquibus in poenitentia concedunt. Item populis præcipiendo, ut non accedant, ad eos donec destiterint; & sic indirectè coercentur. arg. cap. de terris, de decis. & cap. post miserabilem. de usur.

An autem delegatus delinquens in delegatione sua possit coram ordinario conveniri. vide Sicul. post Io. 12 An. in cap. si. de rescr. iiiij

Ex præmissis infero quod ubi aliquis delegatus abutitur vel alius quicunque litteris Apostolicis potest Ordinarius eum impedire. Secundo quod regulariter exempti contra, cap. 1. de privile. lib. 6. non possunt puniri per Ordinarium, etiam data superioris immediati negligentia, vel notorietate delicti. Tertio quod tales exempti declarari possunt sive denunciari excommunicati per ordinarium si incurserint ipso jure excommunicationem ex statutis suis de jure communis.

Postremò quia dictum fuit supra in 3. & 6. contrario quod poena delicti remitti potest per principem.

M 3 QUÆS-